



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

1 Excommunicatione nulla major poena in Ecclesia Dei reperitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 158 Papa scientia, & tolerantia, an inducat dispensationem.
- 159 Excommunicationes à iure, vel ab homine latae inter se differunt.
- 160 Excommunicationes Bullae Cæne Domini sunt à iure latae.
- 161 Excommunicationes à iure latae incurrentes in notarijs, nulla monitione premissa, illas incurrisse declarari possunt.
- 162 Excommunicationes in Bulla Cæne Domini contentae, sunt Papa reservatae.
- 163 Absolutio à censuris contentis in Bulla Cæne Domini in mortis articulo, quomodo concedenda.
- 164 Absolvendi à casibus in Bulla Cæne Domini Papa pluribus modis tribuit facultatem.
- 165 Excommunicatus in Bulla Cæne Domini, & processatus, nisi iudici, & parti satisfaciatur, absolvi non potest.
- 166 Absolutio non praesumitur, nisi probetur.
- 167 Creditur poenitenti in foro conscientiae, sed in foro contentioso secundum acta, & probata est iudicandum.
- 168 Excommunicationis sententiam incurrun absolyentes ab excommunicatione in Bulla Cæne Domini sine facultate.
- 169 Excommunicatio incurse propter absolutionem cenceffam sine facultate absolventi ab excommunicatione, hodie est Papa reservata.
- 170 Absolvens à casibus Papa & ordinarijs locorum reservatis excommunicationis sententiam, & alias poenas incurrit, absolutione, & habilitatione Papa reservata.
- 171 Casus reservati qui, & d. creti moderatio.
- 172 Clausula, motu proprio, quid operetur.
- 173 Clausula, quorum tenores effectus.
- 174 Absolutiones à casibus reservatis sine auctoritate sunt nulla.
- 175 Absolutus à casibus reservatis, qui habent annexam excommunicationem, in mortis articulo, si incolumis evadat, superiorem adire tenetur alias &c.
- 176 Confessarij, quomodo eorum conscientia consulere debeant.
- 177 Episcopi contra personas excommunicatas, & interdictas quomodo procedere debeant.
- 178 Attestatio Navarrae de impetratis absolutionibus à censuris restitutione promissa parata, vel facta.
- 179 Forum secularis à foro poenitentiali quomodo differat.

**O**MNES hæreses, de quibus proxime diximus, excommunicationem annexam habent, & quia inter alias † poenas nulla est major in Ecclesia Dei, quam excommunicatio, scilicet in spiritualibus, ut c. corripuntur, 24. c. 9. & Abb. in c. cum dilectus, num. 6. de his, quæ vi meæ, n. cau. fin. de ea mihi verba facturo, tradendum primo loco videtur de nomi-

nibus, quibus regulariter appellatur. Quandoque enim dicitur censura ecclesiastica, ut in c. irrefragabili, de offic. ord. c. quarent, de verb. signif. extravag. Ioan. 27. cap. Sanctæ Romanæ. in fi. de Relig. Dom. & in clem. 3. de setent. excommunicat.

<sup>2</sup> Præter † nomen censurae, & excommunicationis, vocatur etiam anathema, de qua per conc. Trid. pluribus in locis, præ-